



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 55. In Pelagianos inquiritur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

lum avertant. Epistola hæc est Circu-Sæculum V.  
laris, atque decimo tertio Kalendas Febr. A C. 444.  
Theodosio decimo octavo, & Albino  
Consulibus, id est, decima tertia Jan.  
anno 444. data. Multi Episcopi Ori-  
tatis hac in re S. Leonis vigilantiam imi-  
tati sunt.

### §. LV.

#### *In Pelagianos inquiritur.*

Sanctus Leo eodem tempore in Pelagia- *Auct. de pro-*  
nos, & præprimis Julianum Eclanen-*miss. c. 6.*  
sem, illorum Principem, inquirebat; *Phot. Bibl.*  
quippe etiamsi multi Hæresin abjuras-*cod. 54.*  
sent, eandem denuo seminare cœperant.  
Septimius, Episcopus Altinensis in Ve-  
netia hac super re ad S. Leonem scripsit,  
monuitque, in illa Provincia ad Com-  
munionem Catholicam receptos fuisse *S. Leo. ep. 6.*  
Presbyteros, Diaconos, aliosque diversi *al. 86.*

A a 3      Ordi-

pas recù, & où les seuls Evêques sont Juges  
des causes appartenantes au maintien de la foi.  
Latine: Non tamen ideo affirmamus, huic Tri-  
bunali aliquam Auctoritatem esse in illis locis,  
ubi receptum non est, & ubi soli Episcopi in  
causis, ad conservationem Fidei pertinentibus.  
Judices sunt. Si Fleurius hoc diceret, Anony-  
mo II. & P. Balduino dignus videretur, in quem  
mille fulmina ruerent,

Sæculum V. Ordinis Clericos, olim Pelagianæ Hæro  
A. C. 444. sis veneno afflatos, & neminem ab ipsi

petuisse, ut suum prius errorem damna-  
rent; imo tolerari etiam usum, quo at  
suas functiones exercendas ex loco inlo-  
cum transibant, contra præcepta Cano-  
num, ut Clerici in illis Ecclesiis, ubi or-  
dinati fuissent, perpetuo manerent.  
*Epist. 6.* S. Leo, accepto hoc indicio, ad Episco-  
pum Aquilejensem, Provinciae Metropo-  
litam, Epistolam dedit, jubens, ut Syno-  
dum suam convocaret, & omnes hos  
Clericos, de errore Pelagianorum suspe-  
ctos, aperte, & dato chirographo, hanc  
Hæresin damnare, & omnia Decreta  
Conciliorum, a Sancta Sede confirmata,  
verbis ita claris approbare, & recipere  
cogeret, ut omnis ista eludendi rima ob-  
strueretur. Papa etiam observationem  
Canonum de Stabilitate Clericorum in-  
culcat, pœnam Depositionis, & excom-  
municationis in transgressores commi-  
natus, quod plerumque, si ambitio, &  
avaritia tollatur, nulla ab una Ecclesia  
ad aliam transeundi causa superstet.

## §. LVI.

*Vicariatus Thessalonicensis.*

*Epist. 4.* Anastasius, Episcopus Thessalonicensis,  
ad S. Leonem misit, qui Vicariam i-  
psius Auctoritatem in Illyrico, sicut sui  
Ante-